

Monseigneur

207

N<sup>o</sup> 41.

Datas ad me die 5. presentis, literas Ill<sup>mae</sup> Vestrae Excel,  
lentiae, ex manibus Dni C<sup>o</sup> Schocki recte recepi, debitas re,  
ferens pro adhibita in recipiendis quinque millibus talerorum  
benigna opera, gratias, ac eadem pecunias, quas speravi  
sic integras et absq<sup>e</sup> damno habituras si quidem alii qui sic  
habent assignationes, eas in Saxonia, et mihi sui solvere potuis,  
Sext, crastina die a Dn: C<sup>o</sup> Schocki exsolvendas expecto, a=  
pud quem etiam promissum meum, erit invenibile. Annexas  
Generalis Wackerbart ad Consilianum Schüller eidem remi,  
si literas, in quibus quidem illi comittitur exsolutio assigna,  
ta termini Purificationis S. Mariae Summae, sed respondit,  
pecunias a civitate nec dum <sup>in integro</sup> exsolutas, benignè ei a Presi=  
dente dictum esse, quod exsolutio septimanam adhuc, ex quo  
pecunia lentò passu ad Curiam deportarentur a civibus, mo=  
ram pateretur, antequam continuari possit. Videt itaq<sup>e</sup>, Ill<sup>mae</sup>  
Vestra Excell<sup>ta</sup>, quanta coincidunt adhuc diffugia



licetsi ego omnia cum summo meo damno juxta volun-  
 tatem Regiam, non dubitans S. R. Mtem plenarie de omni-  
 bus fuisse informatam, facere ac subscribere debuer  
 nec etiam de extraditis a parte Regia Decreto assecu-  
 tionis Regio aliisq' mihi necessariis documentis sit men-  
 sperans Armam Gram Excet: usq' ad eorum extraditio-  
 et recognitionem a me subscriptam non fore extradituras  
 ac proximis ulteriozem de omnibus appromitto mihi in-  
 tiam, Et quoniam civitas Gedanensis modernum terminum  
 Purificationis S. Mariae, praterlassis jam quinq' septim-  
 nis, nec dum exsolvit et adhuc protrahere intendit; Armam  
 Vestram Excet: presentibus enixe rogo, velit apud S. R.  
 c Mtem Dominum Nostrum Clementissimum efficere, ut illi  
 gistratum Civitatis requirere et disponere faciat, quatenus  
 quis in compensationem hujus mora, approximantem Fe-  
 S. Joannis mihi soli assignatum terminum, quatuor septi-  
 manis ante hoc festum, anticipando mihi solverent, ut



eam pecuniam in Curlandiam ubi omnia contracta de,  
 bita pro festo S. Joannis satisfacere, moris et praxis est,  
 debet adhuc possit, siquidem bona Ducalia immensis  
 onerata debitis, eorum exsolutione aliqua liberare  
 Neesse est, at in Curlandia hisce temporibus nulli pro,  
 ventus, nulla pecunia supersunt, ac ita magnam mihi  
 exhiberet Illm<sup>a</sup> Vestra Excell<sup>a</sup> benevolentia affectum  
 si exsolutionem prefati termini, quatuor septimanis  
 anticipat<sup>o</sup>ne procurare valeret, quod et Civitas facere  
 posset, accedente ea propter Sa. Regia Mtis ad eam,  
 requisitione. Ceterum avidissime adhuc expecto, quae  
 Illm<sup>a</sup> Vestra Excell<sup>a</sup> tam in pecuniario quam aliis nego,  
 tiis meis, ulterius mihi est perscriptura, ac postmodum  
 quam primum restituta sanitatis vires concesserint,  
 moderni termini pecuniam receperim, illoscorumq<sup>ue</sup> intentio,



Ferdinandus Dux Suedlandiae d. 11.  
Martij 1711.

nes resciverim, divino auxiliante Numine, iter meum in  
Patriam aggredi constitui, interim me commendans con-  
stanti Armæ vestrae Excelsae amicitiae et affectioni, et  
officiorum debitorum promptitudine, incedenter maneo

Monseigneur,

de Votre Excellence

Le tres-humble tres-  
oblige & serviteur

Gedani die 11. Martij.  
año 1711.

Ferdinandus Dux  
Suedlandiae.